Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



coruinos sustentat antequam nigrescant. Quia
gratia non ante animam deserit quam spiritualiter pas-
cit nisi postquam per culpam nigrescere incipit.
Sexto Ros quamuis uideatur actu insipidus est tamen
potestate dulcissimus et mellis in herbis et flo-
ribus causatiuus. Nihil enim sapientes mel aliud
esse dicunt quam Ros calore digestus in aere. Sic
et diuina gratia siue primo modo aliquibus non sen-
tiatur sapida quamuis sit per dulcissima sicut apparebit
in patria. Verum in rore intelligitur alia ma-
licia culpe primo quia Ros solem fugit et ad eius
presentiam euanescit. Eo quod culpa maioris diuinam
presentiam sustinere non possit. Secundo Ros et
corrupto aere generatus aliorum est corruptiuus
tenerorum florum infectiuus et nouellarum segetum
corruptiuus quia culpa et si omnes inficiat quos in-
uadit maxime tamen quos in primo nouos et tene-
ros nondum fortes inuenit. Quod gratia est plu-
uie similis et de culpa contraria ;

.XIIII. Amplius gratia est pluuie assimulata
Nubes enim ex aqua pluuia generatur
quanto est a terra remotior et celo uicinior
tanto suauius terram petit. Et guttis gracili-
oribus ad yma descendit. Et quanto ergo a celo est
remotior et terre proximior cum grauioribus
stillis et magis impetuosis terram petere con-
sueuit. Quia gratia quanto est maior et deo
similior tanto terram humani cordis suauius rigat.
Et quanto est minor tanto minus cor quietum et pacificum
reddit. Est etiam naturale quod quanto in nube plus est
de materia pluuie tanto fit Radiorum solarium for-
tior impressio super nubem propter aque ad solem contrarietatem
In tali igitur nube dum calor fortissimus generatur Nu-
bes in pluuiam fortem dissoluit. Quia in anima quanto
plus est de lacrimarum materia tanto diuini caloris fit for-
tior impressio super eam. Donec tota resoluatur in lacrimam